

Hiese Anng: W
Pms.

22
Be

Historia longa veritatis, mille annorum, ab a. 720. ad a. 1720.
 500. annis sine bonis literis & fontibus; 300. ad bonas literas & judæorum
 conversionem; 100. in bonis literis & fontium studiis ad veritatem: Recensita in Acad.
 Julia, in exordio publicæ recensionis Hofea, d. 14. Octobr. 1720. ab
HERMANNO von der Hardt.



No 25.





A. 710. *Willibrordus* floruit, Anglus, Frisiorum apostolus, primus Trajectinorum archiepiscopus: Apud quem hoc anno egit *Wunifridus, Bonifacius*, angulus, apostolicæ sedis legatus, ad gentes in germania amplius ab idolis ad christianum nomen convertendas a Gregorio II. a. 719, missus, Quod ab illo tempore magno præstitit animo, usque ad a. 755. quando inter Frisios obiit martyr. Quingentis abhinc annis, sine humanioribus literis & fontium studiis in superstitione & caligine velut somno elapsis, hebraica tandem studia coeperunt emergere convertendis judæis primum destinata. Qui scopus fuit trecentis annis. A. 1220.



A. 1220 surrexit *Raimundus de Penna forti*, Hispanus, Dominicanorum mox generalis, regia linguinis, qui illo seculo *collegium linguarum* primus instituit Barcinonæ inter Dominicanos, ut monachi cum Judæis & Mauris de eorum conversione agere possent, non ferro, ut factum antea, sed verbo, humanitate agnita.

Prodiit & *Raimundus Martini*, Dominicanus, qui grande *Pugionis fidei* opus in Judæos & Mauros illo ævo scripsit.



Decrevit Clemens a. 1311. in concilio Viennensi, sex linguarum professores in qualibet academia constitui, duos hebraeos, duos chaldaeos, duos arabes, pro Judæis & Mauris convertendis, nec ferro sed verbo, pro mansuetudine.

A. 1320. floruit *Nicolaus de Lyra*, disputationibus cum Judæis, & scriptis in illos, ut & in vulgatam observationibus, ad fontium ut potuit sententiam, clarus.

Claruit & *Peregrinus Salvaticus*, libri *Victoria contra Judæos* autor: vixit & *Johannes de Podio*, qui mox a. 1335, librum in Judæos scripsit *de Concordia legum*.

Dis-



Disputavit sollemniter in Hispania cum Judæis a. 1412. Hieronymus de Sancta fide.
 A. 1420. excelluit Paulus de Sancta maria, Burgensis Episcopus, prolixo in Ju-
 daos dialogo inelytus, cui nomen *Scrutini scriptura*.

Quem mox secutus Alphonsus Spina, Forvalitii fidei conditor. Hactenus hebrai-
 ca in Judæorum conversionem; deinceps nata mansuera litera cum fontium sacrorum stu-
 diis, ad veritatem; illa potissimum a Judæis conuersis, hæc a christianis, ex gentibus ortis.



A. 1520. in bonarum literarum flore, eminuit Reuchlinus, J. Cuius, fontium instaurator, in academia ingolstadiensis linguarum professor primus; cuius Ingolstadienses ad Pirkheimerum epistolæ, fati & laboris hujus supersunt testes.

In prima illa philologorum segete exuberante, prodigio avi; Augustinus Justinianus, Genuentis, Dominicanus, Episcopus Nebiensis, edidit hoc anno 1520. Parisiis versionem, sed pro primo exordio rudiusculam, libri ardui Maimonidis MoreNebochim, in fol.
ut



ut & *Victoriam Porcheri Sabvatici* a. 1520. in fol.

A. 1620. *Buxtorffius* senior, Westphalus, inter multos solertes viros, ad *hebraorum res* curatius inspiciendas viam monstravit, de *Masora* hoc anno suam terens sententiam,

A. 1720. in omnibus academiis *fontes hebraorum* eum *optimis literis* majori cum cura tractantur, pro antiquitatis originibus, ex historiae & geographiae fundo,

A. 1810.



A. 1820. uberiores literæ & dulciores fontes in dei manu & communi voto.
Scripti a. 1720. d. 15. Nov. libro Hofeæ 25. publice recensito, natali sexagesimo primo, profes-
sionis anno trigesimo primo, mente serena, cælo sereno, deo providente ac posteris prospiciente,

Helmstadii apud SCHNORRIUM,
A. MDCCXX,

154892

ULB Halle 3
005 301 300




sb.


v. 178

R

VD17







B.I.G.

Farbkarte #13

25

Historia longa veritatis, mille annorum, ab a. 720. ad a. 1720.
500. annis *sine* bonis literis & fontibus; 300. *ad* bonas literas & judæorum
conversionem; 200. *in* bonis literis & fontium studiis ad veritatem: Recensita in Acad.
Julia, in exordio publicæ recensionis Hofea, d. 14. Octobr. 1720. ab
HERMANNO von der Hardt.



No 25.